



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1626

§. 2. Quod poßit perfectio in ipsi sæculo obtineri

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

.Tos. 1. 14.

guere, nec scintillas bonorum desideriorum, quæ Deus vobis inspirauit, uellite spinas in cordibus uestris prodeuntes ex Dæmonis suggestione comburite illas igne diuini amoris: ut uocationis diuinæ sementis copiosum valde proferat fructum.

§. II.

*Quod possit perfectio in ipso sæculo obtineri.**

a Exod 8. 25

SUPERATA hac prima tentatione, altera exurgit valde laetata, uel uocatis persuadere: illud præcipuum, ad quod uocatio diuina tendit, posse in ipso mundo obtineri. Dicit enim, quod Pharaon respondit Moysi: aite & sacrificate Deo uestro in terra hac: & facite in Ægypto, quod uolebatis facere in deserto: nemo enim uos impedit. Quasi diceret: non uos impedire quod minus Deo uestro seruiatis; & sacrificia, quæ cupitis offerre: sed seruite ei hic in sæculo, cum possitis id satis bene facere: neque est ad Religionum deserta confugere: cum in Ciuitatibus, & oppidis nihil sint uia & rationes ad cælum perueniendi; & inter uestros cognatos & amicos licet perfectionem assequi, quemadmodum multi sancti in sæculo uidentes, eam sunt assecuti. Cui fraudulenta propositioni magno animo respondens, qui deceptionem detexerunt, sicut Moyses: non potest ita sacrificia immolationes enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro: quod si immolauerimus ea, quæ colunt Ægyptii coram eis lapidibus nos obruent. Atque si claris est, cum Deus Dominus noster iusserit, nos ei seruire in statu perfectionis: non possumus in sæculo remanere. Nam non expedit nobis in sæculo offerre Deo res abominabiles, quas mundus ei offert; nec ipse mundus poterit, ut ea, quæ cupimus, offeramus si mundum imitemur, peribimus: si ei resistamus, lapidabit nos. Quare duplex in mundo, & quidem impericulum nobis imminet. Alterum est: ne ipse nos post se trahat: ut eum do seruiamus Deo, quo seculares homines seruiunt offerentes abominabiles & horrenda sacrificia. nam si quæ bona opera faciunt, uanas illis immolationibus deficiunt: & commoda temporalia; ualde quæ imperfecta, & cum multis defectibus ea faciunt: nam tantum ex diuina lege accipiunt, quantum suo mundano honore, & emolumento possunt; reliqua uero eiusdem lege conculcant. Quamobrem iure optimo de illis dicit Dominus, quod sacrificia eorum non admittere, & quod incensum eorum sit ipsi abominabile: eorum manus plena sunt sanguine, & c. & uersa eorum iustitia: quasi parua & struata, maculis scilicet peccatorum. Opera enim ex se iusta, in ipsis, obstantibus instantias prauas, sunt detestanda: & qui inter eos remanet, periculum

Ita explicat
Zabulensis.b Isai. 1. 13.
cap. 64. 6

*ponit

ponitur, sequendi eorum vestigia, in offerendis Deo eiusmodi abominatio-
nibus. Hac itaque animati consideratione, liberrimè Dæmoni respondebi-
mus, & magna cum admiratione dicemus: *num abominations Egyptiorum*
immulabimus Deo nostro? & ita ei seruiemus, sicut seruiunt saeculares? si eo-
rum criminum sumus participes: erimus proculdubio etiam pœnarū. Qua-
re nolimus nos periculo exponere, si in mundo remaneamus, imitandi eo-
rum abominations, & perdendi animas nostras contrahentes pestem de-
struentem eorum animas.

Et QUAMVIS ipse mundus non traheret nos post se; sed statuamus vi-
uere in eo cum ea perfectione, qua optamus in Religione: tamen adhuc alte-
ripiculo erimus expositi, vt nos lapident, videntes iugulari à nobis ea,
quæ ipsi adorant; & abominationem existimant talem sacrificij modum. Nā
illi adorant & venerantur diuitias, honores, ac voluptates: quia eorum Deus
vener est, & gloria vana, & idolum est ipsa cupiditas. Quod si nos hæc om-
nia conculcemus, offerentes Deo nostro holocaustum Paupertatis, Casti-
tatis & subiectionis; dantes nostras facultates pauperibus, reijcientes coniu-
gia, amantes contemptus, condonantes iniurias; & omnibus mancipiorū in-
iurias seruientes: quid mundani dicent, qui hæc omnia reputant abominanda?
& quid facient nobis cognati, & noti nostri, qui id putant sibi ignominiosū?
lapidabunt nos multis murmurationibus, & querelis; tot nobis adserent
molestias, & vexationes: vt non possimus cum ea quiete Deo nostro serui-
re, qua cupimus. Multo igitur melius est procul ab eis recedere, ne nos im-
pediant; & recipere nos ad Religionem, in qua multos inueniemus, qui no-
bis faueant & iuuent. Bene expertus est hanc veritatem S. Franciscus glo-
riolus, cum Deo cepit seruire in paupertate: propter quod sapius à parente
ac domesticis fuit lapidatus; ita vt, nisi tanta subsidia habuisset è cælo, non
potuisset illis resistere. Sed statim atque ad vitam religioſam se recepit; con-
cubitate cepit pompas huius mundi; non pluris faciens eius lapides, quàm
si d. *paruulorum* fuissent sagitta. Id quod intra ipsam Religionem est val-
de facile; quia summo tribuitur honori, contrario modo viuere, quam viuat
ipse mundus; & consilium sequi S. Ambrosij dicentis: si optas seruo seruire
Deo, quod refugit Ægyptius, hoc complectere. Ægyptius enim abomi-
natus sanctitatem perfectam, & virtutem plenam: tu autem illa complecte-
re: contra verò abominare, quæ his contraria mundus amplectitur; fuge,
quod ille sequitur; & sequere, quod ille fugit: imitando Ducem tuum Chri-
stum Iesum. vt liceat tibi dicere, quod ipse dixit: *e venit ad me Princeps huius*
munda; & in me non habet quidquam, quod ipsius sit.

d Psal 63. 8.

Lib. 2. Ep. 4.

Virtus per-
fecta am-
plectenda.

e Ioan. 14.
o.